



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

V. Graf Heinrich von Lüchow vereignet dem Kloster Ebstorf einen Hof in
Bernsted, welchen Ritter Gerhard von Odem von ihm zu Lehn trug, am 3.
Mai 1311.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

III. Statut der Halberstädter Synode, daß von Ziegen und Gänsen, gleichwie von allen übrigen Thieren, Zehent zu entrichten sei, vom 14. April 1305

Anno domini M^oCCC V. XVIII kal. Maii Coram nobis alberto halberstadensis Ecclesie Episcopo nostre Synodo generali in ipsa nostra Ecclesia presidentibus sententialiter inuentum existit et ab omnibus approbatum, quod de capris et anseribus seu aucis sicuti de aliis animalibus est decima exsoluenda. Datum anno die et loco predictis.

Nach dem Orig. des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

IV. Graf Heinrich von Lüchow verpfändet der St. Johannis-Kirche zu Lüchow die Hebung eines halben Wispels Getreide aus der dortigen Mühle, am 21. Juli 1306.

Nos Henricus, dei gratia Comes in Luchowe, ad uniuersorum notitiam volumus in presentibus peruenire, quod dimidium chorum, quem habemus in molendino ante valuam, que dicitur Dreusendor sito in fossato Luchoue Basilice S. Johannis in Luchoue seu hüs, quibus tempore dicte Basilice cura committitur gubernanda, pro quinque Marcis argenti puri obligauimus ac in hüs scriptis obligamus eo addito moderamine, quod si dictum dimidium chorum infra hinc et circumsionem Domini proximam redimendam duxerimus pro huiusmodi pecunia nobis pateat aditus resumendi. Verum tamen interea ejusdem redditus perceptio remanebit nobis salua. Sin vero infra dictum tempus dictum dimidium chorum non duxerimus redimendum, ex tunc dicti gubernatores seu procuratores nomine Johannis prefati ad basilicam eo tempore deputati pensionem dicti dimidii chori percipient ex tunc huiusmodi pensionem quousque dictum dimidium chorum ad nos decreuerimus redimendum. Vt igitur cuiquam malignandi occasio precludatur presentem paginam super hoc contractu a nobis celebrato confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Et quia triplex funiculus difficilius rumpitur, subscriptione testium infra scriptorum premissa confirmare censuimus, que sunt Hinricus Zabel, Hinricus Clitting, Albertus Magnus Milites, Otto de Dannenberge, Hermannus et Vlricus dicti Zabel, Borchardus et Hempo dicti Lupi, Borchardus Zwipete, quidam dictus Stotle et Vlricus Clentse famuli, Sifridus dictus Bremer, Ekkehardus de Molendino Confules nunc temporis, Cristianus Weperte et Hogerus dictus Vranck, ciues Luchouenses immo plures alii fidee digni. Actum et datum in Luchoue, per manum Hermannii clerici, Anno domini Millesimo trecentesimo VI^o in vigilia B. Marie Magdalene.

V. Graf Heinrich von Lüchow vereignet dem Kloster Ebstorf einen Hof in Bernsted, welchen Ritter Gerhard von Odem von ihm zu Lehn trug, am 3. Mai 1311.

Dei gratia nos Henricus Comes de Luchowe — protestamur, quod honorabili viro Domino Nicolao Preposito Monasterii S. Mauritii in Ebbekestorpe ac suo conuentui — dedimus pro-

prietatem curie in Bernsted, quam honestus miles Gherardus, dictus de Odem, et sui heredes a nobis in pheodo habuerunt. — Testes sunt Dominus prepositus Hugo de Snege, Wernerus senior de Medinghe, Wafmod de Knefebeck milites, Otto de Dannenbergh famulus. — Datum Luchou, anno incarnationis dominice M.CCC. undecimo, in fancto die inuentionis fancte crucis.

Gerckens Verm. Abh. III. 265.

VI. Markgraf Ludwig verpfändet die Bede aus Klesse, Lichterfeld und Gargow, so wie den Hof zu Königsmark, am 21. und 23. Aug. 1333.

Anno domini M^oCCC^o tricesimo tercio, sabbato ante Bartholomei in Arnburg obligauimus Betikino de Deqwede suisque legitimis heredibus precariam sex cum dimidio mansorum in villa dicta plezze sitorum ad summam quatuor frustorum se extendentem et precariam duarum curiarum in villa Liechterevelde sitarum etiam ad summam quinque frustorum se extendentem, Referuata tamen nobis quancumque voluerimus facultate redimendi pro quadraginta marcis argenti et ponderis Brandenburgensis.

Eodem die et loco obligauimus Gyfoni Schöninberg suisque heredibus precariam tam denariorum quam annone XXIII mansorum in villa Gargowe sitorum pro L marcis argenti redimendi.

Eodem loco in vigilia beati Bartholomei contulimus Nycolao, Cunrado et Didikino fratribus de Quitzowe eorumque heredibus curiam dictam kunigsmark cum duobus mansis tali modo, quod nos heredes aut successores nostri habebunt facultatem redimendi quancumque decreuerimus aut decreuerint pro LX marcis argenti.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg. Geh. Staats- und Kab. Arch. I. C. 4^o. Nr. I. III.

VII. Markgraf Ludwig verpfändet die Bede über einen Hof in Hinnenburg und das Dorf Hindenburg, am 9. Sept. 1333.

Anno M^oCCC^oXXXIII^o. In Prempzlowe in crastino natiuitatis beate Marie contulimus domino petro de alta domo presbitero mediam precariam trium mansorum curie sue in hinnenburg ad tempora sue vite; pro qua nobis octo marcas erogauit, quas quidem octo marcas nobis per ipsum datas quancumque dicte curie precariam reemere volumus debemus defalcare, cuius quidem reempcionis omnimodam facultatem et posse nobis et successoribus nostris referuamus.

Eodem die et loco. Obligauimus Heinrico de Vincelberg villam nostram Hindenburg cum uniuersis suis pertinenciis Tali conditione, quod ipse dictos redditus ab eadem villa in antea percipiendos nobis heredibus et successoribus nostris defalcare debeat, quousque sibi de trecentis marcis argenti Brandenburgensis, in quibus sibi obligati sumus, fuerit integraliter satisfactum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. VIII. und IX. Geh. Staats- und Kab. Archiv I. C. 4^o.